Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



September

gacione imperatoris mediolanum missus. ibidem episcopus est
electus. Volens igitur sibi commissa obmittere. nec sine licen
cia imperatoris sumere honorem oblatum. redijt ad dominum
suum imperatorem. qui congratulabatur ei de honore sibi
exhibito dicens ei. Ex pro valeta peteret quod sibi placeret.
Qui petiuit. trium magorum corpora et obtinuit domino
ihesu ordinante. Hec igitur sancta corpora trium regum a constan
tinopolim mediolanum per mare transvexit. Et cum
venisset ad littus. sanctorum corpora curruum imponens
duas vaccas sub iugauit. Quarum una dum lupus
deuorasset. iussit lupum in nomine domini ihesu xpi onus co
meste vacce subire. quod et fecit. Et usque mediola
num corpora sunt deducta. Hijs et alijs miraculis
Gustorgius claruit. et in pace quieuit. Et in sua nobili
ecclesia in qua nunc predicatores habitant sepultus fuit.

261 B per Nat. s. Methodij. Olimpi. Lucij et postea Tyri
epi. qui sub diocleciano in calcide grecie martirio
coronatus est. Vienne. s. Ferreoli qui persecucionis
tempore cum esset tribunicie potestatis. iussu presidis tentus
primo crudelissime cesus. deinde grauibus cathenarum
onustus pondere in teterrimum carcerem trusus est.
Unde solutus dei nutu. postea ab insequentibus captus
martirij palmam capitis obtruncacione percepit. Cuius
corpus cum capite beati Juliani ad urbem Viomensium
relatum. et condigno honore conditum est. Mediolano
deposicio beati Gustorgij epi et Satyri. Trophimi.

262 O te In Neapoli Campanie. nat. s. Ja Luciani.
nuarij beneuentane ciuitatis epi cum Sosio diacono
mesenate ciuitatis. et diacono suo festo et lectore
suo desiderio. qui post vincula et carceres capite sunt
cesi in ciuitate puteolana. sub diocleciano principe
iudice draconcio. Qui cum ducerentur ad mortem. vide
runt inter alios paulum puteolane ciuitatis diaconum.
et duo laici eutices et acucius interrogauerunt. quare